Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



416

apostoli p quos ea dicimus ista nesciebant. Quomodo nos potaus
simus semen abrahe. secundum isaac pmissionis heredes.
& iudaei spū non litteram. cordis circumcisione non carnis. Et non
sedm carnem israel. sed israel dī. Sciebant utq: ista multo sapientius.
ceteris quequam nos. Et tamen in loquendi consuetudine iudaeos
& israheliticos eos appellabant. qui secundum carnem de abrahae
stirpe. Iuncait apostolus. & greci sapientiam querunt.
Nos autē pnrediamus xpm crucifixum. Iudaeis quidem scandalū.
gentibus autem stultitiam. Ipsis autem uocatis iudaeis & grecis.
xpm dī uirtutem & dī sapientiā. Quod dicit grecos. hos & iā
gentium nomine significat. eo quod haec lingua maxime ex
cellit in gentibus. Iudaeos tamen ipsos uocauit. quos omnes
hoc nomine appellant. Nam si xpiani ipsi sunt iudaei. xpianis
est ergo scandalum xps crucifixus. de quo dictum est. Iudaeis
quidem scandalum. Quis hoc nisi insanissimus sentiat.
Item dicit. sine offensione estote iudaeis & grecis. Ecclesiae dī
quomodo ista distinguerē. si & ecclesiam dī in cotidiana loquendi
consuetudine. iudeos appellare deberē. Item ait. Quos & uocauit.
Nos non solum ex iudaeis. sed & iam ex gentibus. Quomodo uocauit
ex iudaeis. si potius ex non iudaeis uocauit. ut essent iudaei.
Item de israheliticis. Quid ergo dicimus in quid. qui a gentes
que non sectabantur iustitiā adprehenderunt iustitiā. iustitiā
autem quae ex fide est. Israhel autē p sequens legem iustitiae.
in legem non puenit. Quare. Quia non ex fide. sed quasi ex
operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis.
Item ad israel autē quid dicit. Tota die extendi manus meas ad populū
non credentem. & contradicentem. Et secutus adiungit.
Dico ergo. Num quid reppulit ds plebem suam. absit.
Nam & ego israheliticus sum ex semine abrahae de tribu beniamin.
Non reppulit ds plebem suam quam pnrescit. Quomodo hic